

131.

Markgraf Konrad von der Ostmark überreicht dem Kloster Buch die Pfarre Hohenkirchen und 10 Hufen mit dem Forste daselbst. **Köpnik, 1209 Febr. 10.**

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 168. Das S., an grünen Seidenfäden, verloren.

Ann.: Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 27 und 174 Ann. 2.

5

:In nomine sancte et individue trinitatis.: Conradus dei | gratia Orientalis marchio omnibus in perpetuum. Cum ea solum, | que divinis indulgemus cultibus, post huius vite decursum | nobis suffragari debeant, necesse est, ut, si quid boni quando fecerimus, summo studio caveamus, ne malorum in posterum possit ingenio retractari. Sciant itaque^{a)} presentes et noscant posteri, quod mediante sollicitudine dilecti nostri Guntheri 10 de Rochkesbere parrochiam in Honkirke et x mansos cum adiacente foresto in fundo proprietatis nostre in villa pretaxata, que dictus G[untherus] de manu nostra tenuit, ecclesie beate Marię in Buch cum omni utilitate, que nunc inest vel unquam inesse poterit, plenarie contulimus, nullum inde temporale prestolantes emolumentum, scilicet tantum divinam 15 retributionem. Ne igitur huic facto nostro quisquam in posterum possit contradicere vel ipsum temere immutare, presentem paginam, que huius facti certum maneat indicium, fecimus conscribi et testibus, qui presentes aderant, subter notatis sigilli nostri impressione iussimus communiri. Nomina testium hi sunt: Iohannes buregravius de Lubin. Sifridus 20 de Coscenblot. Godescalcus et Theodericus de Grovz. Heidenricus de Birca. Vlricus dapifer. Wernerus pincerna. Geuchardus de Niemic et alii quam plures. Acta sunt hec in Copnic anno dominice incarnationis M̄ CC̄ IX̄, indictione XIII, concurrente III, III. idus 25 februarii. Ego Iohannes recognovi.

(S D.)

132.

König Johann von England empfiehlt mehreren deutschen geistlichen und weltlichen Fürsten, unter 25 ihnen dem Landgrafen von Thüringen und dem Markgrafen Dietrich von Meißn, seine Abgesandten (seinen Bruder Wilhelm und drei Geistliche), bittet ihren Vortrag zu hören und den König Otto, seinen Verwandten, als König anzuerkennen. **London, 1209 März 24.**

Gedr.: Sudendorf, Welfenurkunden 75 (nach einer 1698 angefertigten Abschrift des im Tower zu London befindlichen Originals, welche sich auf der kgl. Bibliothek zu Hannover befindet). Böhmcr-Ficker 10712.

30

Venerabilibus in Christo patribus dominis Moguntino, Coloniensi, Magdeburgensi, Trevirensi dei gratia archiepiscopis et Spirensi, Leodicensi, Cameracensi, Herbipolitano, Argenteratensi, Metensi, Aluostodensi, Monasteriensi, Hildesheimensi, Traiectensi episcopis et de Vulda et Herzefeld abbatibus et viris nobilibus et amicis charissimis duci Saxonie, duci Brabantie, landgravio Thuringie, duci Carinthie, marchioni Austrie, 35